Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38332
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



331

sedeo tempr̄ quando stabat diabolus ad dexteram̄ saluatoris. ihs inquid habebat uesti
menta sordida. nr̄a peccata postabat. nr̄is uitiis inuolutus. propter ea diabulus
stabat ad dextris eius; Confringet in die irae suae reges; haec omnia tradita sunt
mihi; In momento inquid hoc monstrauit ei uniuersa regna terrae; Regna mun
di diabolus monstrauit. & quid dicit? haec omnia mihi tradita sunt. sicadens
adora ueris coram me. erunt tua omnia; Iudicabit in nationib:; Uid & differentias. reges
confringuntur; Iudicauit in nationib: impleuit ruinas. Dn̄s n̄ ascendit in cru
cem. & multae ruinae factae sunt. Iste positus est in ruinam & resurrectionem
multorum. & in signum cui contradicitur; Impleuit ruinas non credentium.
qui non crediderunt exploratoribus apostolis; & moises enim misit exploratores
in mundo. & qui a non credidit populus exploratoribus. propter ea ceciderunt
in deserto; usq: hodie corpora non credentium cadunt in deserto filius saeculi.
Conquassabit capita in terra multorum. impleuit ruinas non credentium. conquassa
uit capita eorum qui dubitauerunt. eorum qui non habent perfectam fidem; Conquassauit
capita in terra multorum. non omnium; si enim dixisset omnium. nullus de nobis spem
haberet; Multorum dicitur. ut alius eliniquantur; De torrente in uia bibit.
quis bibit de torrente in uia? iste cui dictum est, Dixit dn̄s dn̄o meo. sede ad dextris meis.
Iste qui audiuit. Tues sacerdos in aeternum. secundum ordinem melchisedech. Iste qui con
fringet in die irae suae reges impleuit ruinas. Conquassauit capita in terra multorum.
Iste quid fecit & aliud de torrente in uia bibit. Uideamus antequam ut postea uidea
mus in uia torrentem. Uia saeculi istius dicitur. per quam ambulauit. Denique: scrib
tum est in euangelio. Esto consentiens aduersario tuo dum es in uia. hoc est dum am
bulas in isto saeculo. & puram uadis adeum quae uerte est uia; Unde dicitur & in
centesimo octauo psalmo. Beati immaculati in uia; beati sunt qui in ista saeculi
uia inmaculati sunt & in isti mundo; Ego sacerdos secundum ordinem melchisedech
qui mutuetur in uia saeculi. & ambulauit in uia. bibit & ipse de torrente quietat in saeculo;
Torrens non habet aquas naturales. non habet aquas; a quae semper fluunt. sed
habet aquas de tempestatib: de pluuiis. de turbine. De ipsis cellis; torrens nunquam
est in montibus. sed semper in uallibus. in praecipitib: locis. alienis aquas concepit
& pasturit. & tamen suadit. De torrente in uia bibit; torrens numquam habet
mundam aquam. sed semper turbidam; hoc dicitur. qui in saeculi istius aquae
semper turbidae sunt. semper plenae tempestate; Uultis scire quomodo de torrente
turbido bibere? & ipse dicit. Tristis est anima mea usq: ad mortem; Et
dicit euangelium; & coepit in quid contristari & contur bari; Bibit ergo